

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Parnassvs Poeticvs Mœsto-Lætatus**

**Höfflich, Hieronymus**

**Altdorphii, 1623**

**VD17 VD17 15:745589E**

Ad magnis. nobiliß. ampliß. Dn. Georgium Remum, [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-138658](#)



Ad Magnif. Nobil. & Ampliss.

Dn. GEORGIUM REMUM,  
JC. an inclyte Reipub. No-  
Norimb. Consiliar.

**V**ir magne; pectus cui dedit Entheum.  
Natura, labris cui sedet ardua.  
Suadela, divæ cui Themistos  
Aonidumq; chors ministrant.  
**O** lumen æternum Nòrimbergicum.  
Qui tam diserto Consiliarius  
Rempublicam tantam rueris  
Ingenii clypeo : frequentes  
A quo Clientes auxilium ferunt,  
**O** magne Mecænas, pater optime  
O magne Musarum patronus,  
Phæbioliq; chori Philites;  
**O** Vir Senex ô Vir venerabilis  
**O** digne tantam Parca benignior,  
Cui cessit optatam senectam  
Et placidam requiem senectam;  
Quod Phæbus & quod turba Novensilis  
Jussit; quod observantia debita;  
Quin quod tuus jussit colonos  
In melicos animus benignus.

Ea



En proprie sacram tibi dedico  
Hunc poëmatum fascem; tibi barbiton.  
Hoc consecro sacram, meaq;  
Parvilonos modulos Camænæ;  
Linguā Vir Excellens precor intimā  
Vultu thaleam blandidulo accipe,  
Quæ gratiam tui favoris  
Conciliare sibi laborat.  
En suscipe hanc, nunquam sinat obrui  
Te vividum, nunquam sinat obrui  
Te mortuum furvis tenebris,  
Dente tibi melico perrenne.  
Fingens trophyum, suscipe, suscipe;  
Ille interim summus superum pater.  
Te prosperet, canamq; vitam.  
More aquilæ renovans secundet.

*Ad Virum Ampliss. Consultiss.*

Dn. GEORGIUM LUDOVICUM  
LEUCHSNERUM JC. Consiliarium,  
Brandenburgicum Neostadii ad  
Ayssum, patronum co-  
lendum..

O Sacra Themidos Dive Sacerdos,  
Tibi mirabilis hic forte videtur.

G

Tua